& lacrimis ceperunt flagitare suffragium; Interea dum
orationes tendunt prolixe somnum lucia uirgo arri
puit. & uidens in somno beatam agatham in medio an
gelorum gemmis ornatam stantem & dicentem. soror mea
lucia uirgo deo deuota. quid a me petis. quod ipsa poteris
praestare continuo. nam & matri tuae fides tua subuenit.
& ecce saluata est. & sicut per me cathinensium ciuitas sub
limatur a christo. ita per te siracusana ciuitas sublimatur.
& a christo decorabitur. quia iocundum christo in tua uirginita
te habitaculum praeparasti; Et his dictis expergefacta
surrexit tremens. & ait matri suae. mater mea ecce
salua facta es. per ipsam te precor quae te saluauit suis ora
tionibus. ne tu mihi sponsum nomines. ne tu uelis de cor
pore meo posteritatem inquirere. de quibus mihi crimi
nantur aduersarii. sed omnia quae mihi datura eris euen
iente corruptionis meae auctore mortali homine.
da mihi eunti ad integritatis meae factorem dominum ihesum
christum; Cui mater eius euthicia ait. omnia quae sunt patris
tui defuncti ante nouem annos intaminata custo
diens ampliaui potius quam minui patrimonium tuum.
mea uero omnia quae sunt tibi ex eo possunt ipsa melius nosti. tego
prius oculos meos. & quodcumque placuerit tibi facito; lucia
dixit. Audi mater consilium meum. non satis deo carum est.
quod illi homo dat quod ipse perfrui non potest. sed si tu uis gratum ei

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm11321/0064